



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Rursus decubit. 13

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

quidquid eius emineret, ad vi-
uum refecari. Inter quos ille cru-
ciatus ita durauit, ut, nobilitate
Spartana, ne gemitum quidē ede-
ret, aut oris hilaritatē colore mu-
taret. 13 Sed necesse tamē habuit,
donec rediuiuum vulnus in alte-
ram cicatricē coiret, lectulo hæ-
rere. Ibi, fallendi temporis, libel-
los institit petere, quorum lecti-
tatione pridem insuesset: eos ar-
bitratus, qui Equestria, & hoc ge-
nus profana ludicra commentis
fucarent. Verūm opportunè fa-
ctum, vti, quum id tēporis ea fa-
bularum mendacia domi nusquā
essent, horum vicem duo melio-
ris argumenti codices ægro fer-
rentur. Altero vita resq; à Christo
domino gestæ; altero ab cœlitibus
reliquis facta facinora perscribe-
bātur. 14 Hos ille versare primūm
otiosus aggreditur: post ea lectio
in voluptatem vertit; cœditq; a-
nimus